

Vtraque vallis laudatissimorum velitum altrix,
utraque suos habet montes in summitate , adeo
uliginosos, ut equitibus sint omnino imperviæ; in
quibus quod mireris, plures sunt lapidum strues
admodum magnæ , *Lawes* vocant , quas in me-
moriam occitorum olim aggestas credunt vici-
ni. In utraque etiam plures sunt veterum castro-
rum ruinæ. In *Tindale* sunt *VWhitchester*, *Delaley*,
Target, olim *Comminiorum*. In altera *Rheade/dale* sunt

Rochester, *Greenchester*, *Rutchester*, & alia nonnulla
quorum antiqua nomina longi temporis injuria
absorpta latent. Verum cum ad *Rochester*, qui pro-
pius *Readi* fontes in caulis eminentia, quæ sub-
strata regionem longe despectat (unde & no-
vum hoc nomen desumptum videatur) ara anti-
qua inter rudera vetusti castrum cum hac inscri-
ptione fuerit reperta:

Id est,
Duplares
Numeri
explora-
torum
Bremenii
Aram in-
stituerunt
Numini
ejus Cæ-
pione
Chariti-
mo Tribu-
no votum
solverunt
libentes
merito.

D. R. S.
DVPL. N. EXPLOR.
BREMEN. ARAM.
INSTITVERVNT
NEIVSCCAEP
CHARITINO TRIB
V S L M

Breme-
nium.

Nonne hinc conjectemus BREMENIVM tan-
ta indagine tam diu investigatum hic fuisse , cu-
jus Ptolemæus in hoc situ meminit, & à quo An-
toninus primum Britanniarum iter tanquam à
limite exorditur? Limites autem Imperii erant
maria , flumina majora , montes , terræ desertæ
& imperviæ , quales hoc in tractu ; fossæ etiam ,
muri, concædes, & imprimis castra suspectioribus
locis constructa , quorum hic fere continua extan-
tent vestigia. Sane cum muro Antonini Pii in
Scotia perrupto Barbari late vastarent , Murus
que Hadriani neglectus jaceret ad Severi tem-
pora , hic Romani imperii limitem constitutum
existimare liceat : & hinc Itinerarii vetus quod
Antonini nomine circumfertur , exordium du-
xisse, utiq; *A Limite*. Quod autem adjicitur, id est
A Vallo, à librariis est *Glossema* , cum BREMENIVM
CXIII mill. pass. absit à Vallo ad Septentriones; ni-
si ex agrariis videatur fuisse stationibus, quas mo-
do dixi positas esse in solo barbarico ultra Vallū.

Prælum

Ab antiquo BREMENIO vix quinque abest

Deo Mo-
gonti Ca-
denorum
& numini
Domini
nostrī Au-
gusti M.
G. Secun-
dinus Be-
neficiarius
Consulis
Habitanci
Primas
tam pro-
fe & suis
posuit.
Primas.

D E O
M O G O N T I C A D .
E T. N. D N A V G.
M. G. SECUNDINVS
B F. C O S. HABITA
N C I P R I M A S T A --
P R O S E E T S V I S P O S V I T

Ex harum priore quodammodo colligatur
HABITANCVM loco fuisse nomen, & illum qui
posuit Beneficiarium fuisse Consulis, locique Pri-
matem. Præcipuos urbium, vicorum, & castel-
lorum magistratus Primates fuisse dictos è Theodo-
sii Codice satis superque constat. An Deus

D. M.
B L E S C I V S
D I O V I C V S
F I L I A B
S V A E
V I X S I T
A N. I. E T
D I E S X X I.

ad Meridiem milliaribus Otterburn , ubi inter
Scotos & Anglos fortissime pugnatum victoria
huc illuc ter quaterve alternante & postremo ad
Scotos : Henricus enim *Percy* ob præcipitatum
juvenile ardoris impetum agnomine *VWhot-spur*,
qui Anglos duxit, captivus erat abductus , mille
quingentis è suis occisis, & Guilielmus *Douglas*
Dux Scotorum cum suorum plurimis desidera-
tus , ut nusquam major utriusque gentis bellica
virtus emicerit.

ad Otter-
burn.
1338.

Aliud antiquæ etiam memoriarum oppidum in-
ferius alluit, imo fere jam eluit *Rheadus*, *Refin-*
gham hodie vocant, id est antiqua *Anglorum* &
Germanorum lingua, *Gigantum habitatio*, ut *Ri-*
singberg in Germania *Mons Gigantum*. Magna &
multa ibi vetustatis indicia , ferunt incolæ con-
tra Soldanum quandam, id est *Paganum* princi-
pem Deum *Magon* hoc diu propugnasse ; nec
omnino vane. Ejusmodi enim Deum hic cul-
tum fuisse comprobant hæ duæ ibidem è flumi-
ne nuper extractæ aræ sic inscriptæ :

D E O
M O V N O C A D .
I N V E N T V S D O
V. S.

iste fuerit Genius Topicus Gadenorum quos Ot-
tadinis proxime vicinos statuit Ptolemæus non-
dum perspicio, viderint alii. Repertæ etiam hic
fuere hæ inscriptions quas ut alias *C.L.V.* Ro-
berto *Cottono de Conington* Equiti aurato debemus,
qui nuperrime vidit & descriptis.

C V I P R A E S T. M
P E R E G R I N I V S
S V P E R T R I B .

C O H. I. V A N G
F E C I T G V R A N T E
I V L. P A V L O T R I B .
S f f f f f

D E